

1264 in Febr.

257.
Ex Originali: Arch. Regni.

Transumptum donationis partis Territorii
Colmen: cum Castro Grudene, aliisque cen-
tum villis in eodem territorio per Conra-
dum Ducem Masoviae Christiano I.
Episcopo Prussiae factae.

113

Anselmus Dei gratia Episcopus Warmiensi,
Apostolica Sedis legatus, Universis ad quos praesens
scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiter-
nam. Litteras subnotatas veris sigillis subscripto-
rum munitas vidimus, & perlegimus in haec verba:
In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis Amen.
Ego Conradus Dei gratia Dux Masoviae & Cuiaviae,
notum facio omnibus fidelibus tam futuris quam
praesentibus, quod Venerabili domino Christiano
Episcopo Prussiae primo & suis successoribus pro
eo, quod H. ducem Mieria, S. Wratlavien: & S. Lubu-
scen: Episcopos Cruce signatos, et eorum Baro-
nes, ceterosque Cruce signatos versus Prusciam,
ad petitionem meam, Baronumque meorum,
Castrum Colmen: per multos annos a Prutenis de-
structum, et totaliter desolatum, reedificare cum eius
bona voluntate permisit: partem praedicti Col-
men territorii: quondam castra Grudene, Wab-
sko, Copvinen; Villisar, Colno, Ruch, Kijssin, Glam-
boki, Turno, Pin, Ploch cum omnibus eorum
villis & attinentiis cum utilitate libera & cum

jure Ducali, in remissionem peccatorum meorum
liberrime donavi, dedi sibi in eodem dominio
Colmen: centum villas ac possessiones, & heredi-
tates, cum earum pertinentiis, iure predictorum
Castrovarum quarum possessionum & Villarum
Villas istas ad presens confero videlicet Coselko,
Navorsne, Mirzhe, Jarnese, Bolemino, Ostromezko,
& omnes villas, quas Comes Syro, circa Colmen:
habuit. Jameko, Leniz, Crowsino, Baseno, Werwino,
Ungzlau, Benkonro, Glomino, Polansolie, Ne-
naugeviz, Medalyno, Crobno, Juseph, kely, Dambenz,
Selnowiz, Postolko, Pomzino, Duc, Boiesch, Cerebche,
Unizhe, Carchemie, Telenz, Clerchowar, Ostrowick,
omnesque hereditates meas circa Soram, cum
earum pertinentiis, & omnes villas circa Silvam
Gruch, cum ipsa Silva Gruch, & omnes meliores
Villas meas & hereditates cum earum pertinentiis,
usque ad centum hereditates in Colmen terra, cum
omni libertate contuli. Ut autem predicti Episcopi
Pruscia ad reedificandum Castrum Colmen, bona
Voluntas & Consensus accederet, Reverendus
dominus Gellko Episcopus Plocensis cum
suo capitulo de Carnowo & Papowo & de om-
nibus Villis & possessionibus, & de omni iure
tam spirituali quam temporalis, quod idem
Episcopus, & suum Capitulum in predicto Colmen:
dominio olim habuerant, videlicet ab eo loco
ubi Drowanza de Pruscia egreditur, iuxta ter-
minos Prusciae in Osam, & sic inserius per
Osam, in Wislam, & sic per Wislam sursum

usque ad Drevanzam, et sic per Drevanzam
sursum usque ad locum ubi Drevanza egreditur
de Prussia ad Episcopatum Sapedicti Episcopi ve-
signarunt.

Præterea autem in Castro Colmen curiam propriam
& conventum qualem voluerit ipse Episcopus Prus-
siae habeat, & quidquid ad dominium Colmen
territorii pertinet, exceptis bonis prædictis, quæ
supradictus Episcopus Prussiae ibi habet, aut in
posterum quocumque iusto modo, aut emptione,
aut fidelium donatione habiturus est, quicumque
terram Colmen; habuerit omnes proventus
ipsius terre, cum Episcopo Prussiae domina-
bit. Insuper decimam temporalium de parte
sua Episcopo Prussiae dabit, excepto ducæ Merie
H. qui faciet cum Episcopo secundum quod eis
duobus visum fuerit expedire. Ne itaque mea
& supradicti Plocen: Episcopi, & sui Capituli
donatio in posterum, quod absit, duci possit in
irritum, ipsam præsentis scripti attestatiõnem
tam mei sigilli, quam etiam Plocen: Episcopi,
& sui Capituli, nec non illustrium ducum S. Po-
lonie & H. Merie, & venerabilium patrum U.
Gnesnen: Archiepiscopo consentiente J. Cracovien:
B. Poznan: S. Wraxlav: S. Lubuscen: M. Cujaw: eorum
sigillorum impressione dignum duxi roborare, Nec
non & aliis testibus subnotatis, Gothardo Cancellario
Mazovie, Nicolao Cancellario Cracov: Arnol'do Marov:
Mareo Cracov: Jakobo Sandomir, Dyrcone Wraxlav: Pala-
tinorum. Gacozlav Cracov: Mystwino Sandomir: Otasio Wislicie

Clemente Plocen: Theodoro Cruswicia; Mauricio Ulo-
dislav: Zobezlav Wratizlav: Stephano Polezlav: Be-
tricone Lecinica, Castellavorum. Acta sunt hec
in Lonyz Anno ab Incarnatione Domini
M C C X X II Nonis Augusti. Regnante Do-
mino nostro Christo. In huius rei testimonium
presens scriptum nostri ac Honorabilium Viror-
um fratris Anthonii Hospital: Sancte Marie
Theu: Jerosolimitan: Magistri, fratris Conradi
de Nuremberg preceptoris Allemannie, et fratris
Ludewici de Baldensheim Magistri Cruscie et Com-
mendatoris Boemie, qui etiam suprascriptas
litteras viderunt et perlegi fecerunt sigillorum
munimine roboramus. Datum Thorun Anno
Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo
quarto. Mense Februarii.

Takopia przepisana z Originatu parga-
minowego dnia 15. Sierpnika Roku 1782.
Udolu na Zawiaskach pergaminowych
wisi pieczęci Ctery, od jętej Zawiaska
tylko pozostała. Najwzszey nadpisutey
wycisniona osoba Biskupia gdzie te słowa
tylko czytae można Varm: Episcopi: Nadrugicy
wycisniona Nayswieszra Panna siedząca nalewypru-
wku Pana Jezusa trzymająca, w prawym zas boku
znapisem dokola. S. Magistri hospitalis S. Marie Theu-
tonicorum. Natrzecicy podobnie Nayswieszra Panna
na Mapie Czerwony wycisniona znapisem Dokola
S. Preceptoris Allemannie. Na czwartej wycisnio-
na ucieczka do Egiptu Nayswieszrey Panny, znapisem
dokola trudnym do wyczytania